



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 23. Professio Fidei Marcelli Ancyрани.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. in domo Ischyrae, quod propria ejus confessione patebat, & ex inquisitionibus, quas ipsi accusatores in Mareotide fecerant, miserantque ad SS. Pontificem, quippe earum nullitas ex sola lectione apparebat. Itaque judicium Concilii Tyriensis, cui Antiochenum innitebatur, justitiæ, & Canonibus adversum pronuntiatur, S. Athanasius innocens declaratur, & in Ecclesiæ Communione ut Episcopus legitimus confirmatur.

§. XXIII.

Professio Fidei Marcelli Ancyrani.

Epiph. hæc. **M**arcelli Ancyrani quoque causa examini subjecta; & verosimiliter in hoc Concilio lectus est commentarius, quem ad modum epistolæ Papæ inscripserat, presenti, ut fidem suam explicaret. Erat autem hoc scriptum ejusmodi tenoris: *Sanctissimo meo Collegæ Julio in Jesu Christo Salutem! Cum aliqui ex illis, qui ob errores suos in fide condemnati fuerunt, quosque in Concilio Nicæno erroris convicti, me criminari veriti non sint, & ad tuam Sanctitatem scribere, sensa mea Ecclesiæ fidei esse contraria, necessarium duxi, ut Romam venirem, teque rogarem, ut illi quoque advocentur, quos præsentem convincam, falso me ab illis accusatum, ipsos vero in pristina hæresi perseverare, atque*

72. n. 2.
Epist. Jul.
ap. Athan.
apol. 2. p.
750.

inaudita contra Ecclesias, nosque Ecclesia-
 rum Rectores, ausos fuisse. *Ipsi interim* Sæculum IV.
A. C 342.
 comparere noluerunt, quamvis Presbyte-
 ros ad eos miseris, & ego quindecim men-
 sibus integris Romæ expectaverim; igitur
 antequam revertar, fidei meæ profes-
 sionem manu mea scriptam in omni veri-
 tate tibi trado, qualem ex Divinis Scri-
 pturis didici, & sermonum eorum falla-
 cias, quibus auditores suos seducunt, tibi
 ante oculos pono.

Deinde Marcellus adversarios accu-
 sat, quod dicerent; Dominum nostrum
 Jesum Christum non esse verum Dei Ver-
 bum, sed dari aliud Verbum, aliam Sa-
 pientiam, aliam Virtutem, per quam ipse
 factus, Verbum, Sapiaentia, & Virtus di-
 ctus esset. Hinc ei aliam hypostasim, ab
 hypostasi Patris distinctam tribuebant.
 Dicebant Patrem Filio præexistere, nec
 eum aliter de Deo esse agnoscebant, quam
 sicut omnes alias Creaturas; tempus fu-
 isse, in quo non exstiterit, eumque Dei cre-
 aturam esse, & opus. Ego vero, inquit:
 credo unum Deum, & Filium ejus unicum,
 Verbum, semper coexistentem Patri, cui
 non est existentiae initium; qui vere de
 Deo est, non creatus, non factus, sed sem-
 per existens, & semper cum Deo Patre
 regnans. Ipse est Filius, Virtus, Sapien-
 tia; proprium, & verum Dei Verbum,
 Dominus noster Jesus Christus. Et infe-
 rius:

Sæculum IV. riuſ: *Ex SS. Scripturis doctis sumus, De*
 A. C. 342. *vinitatem Patris, & Filii eſſe indiviſi-*
ibid. n. 3. *lem, nam ſi quis ſeparet Filium, id eſt*
Verbum, a Deo omnipotente, neceſſe eſt
ut duos Deos credat, quod a vera Doctrina
alienum eſt, aut conſiteatur, Verbum non eſſe Deum,
quod nihilo minus a ſancta Catholica abhorret,
dicente Evangeliſta: & Deus erat Verbum. Ego certiffimum
 Joan. I. *neo, Filium eſſe Virtutem Patris inſe-*
parabilem, & indiviſibilem, cum JEſu
 Jo. 14. 10. *Chriſtus ipſe dicat: Pater in me eſt, &*
ego in Patre ſum. Et iterum: Pater, & ego unum ſumus.
 Jo. 10. 30. *Item: qui videt me, videt & Patrem.*
Hæc eſt fides, quam ego a SS. Scripturis hauſi, & a Patribus noſtris
Spiritualibus accepi. Hanc in Eccleſia prædico, hanc modo tibi ſcriptam tradidimus,
aliud exemplum apud me reſervo, & rogabo te, ut ejus deſcriptionem in epiſtola, quam ad Episcopos daturus eſ, inſeras, ne forte aliqui, quibus animi mei ſenſa ignota ſunt, calumniatoribus meis fidem adhibeant, & decipiantur. Talis fuit Marcelli Ancyranæ commentarius.

§. XXIV.

Julii Papæ epiſtola.

Ap. Athan. Concilio Romano hæc Marcelli profeſſio ſatisfecit; ſimulque Athanaſius Apol. 2. p. 736. & to. 2. Marcellus, & Aſclepas innocentes, male damnati. Conc. p. 193.